



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 11. De Oratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

MÉDITATIONVM. 469

4. Christus subtraxit discipulis præsentiam corporis sui, cui niniuna adhærebant, ut recipierent spiritum sanctum; ut scias nientem à rebus mundanis, & sensualibus abstrahendam, si cœlestes consolationes expectas.
5. In apostolis (qui antea valde timidi erant) evidens spiritus S. spiritum fuit, quod argueret malos homines libere, 1. de peccatis, à quibus conuerti nollent. 2. de iustitia, quam fide suscepta, negligenter. 3. de iudicio, quia in nullo fere ita homines peccant, sicut de aliis iudicando. Colliges & tu, spiritum sanctum in te esse, si hæc ipsa, in aliis & in te ipso arguas.
6. Non potestis portare ergo immensa est Dei bonitas, quæ nobis se accommodat, nec plura, quam possimus, exigit. Non ita mundus, &c.
7. Multa habeo &c. Licet aliquid tibi profecisse videaris, tamen scias tibi adhuc multū superesse.
8. Tanta est Christi erga nos caritas, ut non tantum ipse nobiscum maneat in SS. Eucharistia, sed etiam nobis spiritum suum largiatur, qui nos doceat, & nobiscum perseveret, ne infide erremus, aut in peccata prolabamur.



MÉDITATIO XI.

DE ORATIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus discipulis: Amen dico vobis,* *Ioannis.*  
V. 6. *bis.*

bis, si quid petieritis PATREM in nomine meo, dabit vobis.

II. Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

III. Ipse pater amat vos; quia vos me amatis.

---

### PROPHETIAE.

*Psal. 118.* O meum, aperui (in oratione) & attraxi Spiritum.

*Eccl. 39.* Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, etiam in conspectu altissimi pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus vollet, spiritu intellig. replebit &c.

*Sap. 10.* De Iacob. Certamen forte dedit illi, (in oratione cum Angelo) ut vinceret.

### DOCUMENTA.


1. Qvantum discriminem est inter Reges huius mundi, & Regem cœli? Illi paucos, eosque ferè magnates ad suum colloquium admittunt. At cœlestis non tantum admittit, etiam vilissimum quemque, sed etiam inuitat, & tanta cum asseveratione promittat; pudeat te, si quando pro re vili tale colloquium intermittis.

2. Si exaudiri desideras, vide ut secundum formam Christi petas. 1. Aliiquid magnum, quod ad æternam salutem pertineat. 2. petas à Patre, tanquam eius filius, in statu gratiæ (per confessionem aut contritionem) constitutus. 3. petas in nomine Christi, per illius scilicet merita

merita, per quem Deus pacificare vult omnia  
quæ in cœlis, & in terra continentur.

3. *Petite & accipietis.* Causa paupertatis  
tuæ spiritualis (defectus gratiæ cœlestis &  
virtutum solidarum) tu ipse es, tua negligen-  
tiâ & tarditate; quia Deus ipse semper largiri  
paratus est, modo tu petas, & ad eius volunta-  
tem te pariter accommodes.

4. *Petite, ut gaudium vestrum sit plenum.*  
Rebus huius mundi (v. c. diuinitijs, voluptati-  
bus) anima, quæ naturæ cœlestis est, saturari  
ac repleti non potest. Vnde ad Deum ipsum ac  
res cœlestes (quibus integrè acquiescit ac re-  
pletur) aspirandum est ; tum in hæ vita, in  
qua similitudo quædam beatitudinis habe-  
tur ; tum in futura, in qua Deus veram & in-  
tegram fœlicitatem electis suis ostendet, &  
erit OMNIA IN OMNIBVS.



## MEDITATIO XII. DE APOSTOL. TESTI- MONIO AC PERSECUTIONE.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit IESVS Discipulis Spiritus san- Ioan. 15.  
ctus testimonium perhibebit de me,* & 16.  
*& vos testimonium perhibebitis.*

II. *Ne scandalizemini; absque Synago-  
gis facient vos.*

III. *Venit hora, cum, qui vos occiderit,  
arbitrabitur obsequium se pre-  
stare*